



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//  
Canonicvm, Libri Qvatvor**

**Lancellotti, Giovanni Paolo**

**Basileae, 1566**

iiij. De Baptismo, & eius effectu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

de, quanq̄ eos inculpatoſ eſſe deceat, ſi tamen mali ſint, vel à Catholica cõmunione ſeiuncti, nihilo minùs & cõficere ſacramẽta, & diſpenſare poterũt: veluti enim per lapideos canales ad areolas aqua trãſfunditur, & ſolis radij per loca fœtidiffima tranſeunt, nulla cõtactus maculatione cõtaminãtur, ſic multo magis Sacramenta nulla miniſtri fœditate cõmaculantur.

*Spiritualis poteſtas exerceri ſine fide poteſt, ſed non ſine intentione Eccleſiæ. h. d.*

Hoc tamen ſic intelligi oportet, ſi tales miniſtri intẽtionem Eccleſiæ concordẽ habeant. Ceterũ ſi aliud agere intendant, putã ſacris illudere myſterijs, vel aliud, quod Eccleſiæ nõ cõſentiat, nihil agitur: ſine fide enim ſpiritualis poteſtas exerceri quidẽ poteſt, ſine Eccleſiæ intẽtionem nõ poteſt. His circa Sacramenta generaliter cognitjs, exordiamur nũc de ſingulis etiam ſpecialiter dicere: & quia Baptiſmus fundamentũ eſt & ianua cãterorum, meritõ ab eo principium ſumamus.

## DE BAPTISMO, ET eius effectu,

### TITVLVS III.

*Baptiſmus operatur animæ ablutionem, et in locum circunſiſionis eſt inſtitutus. h. d.*

*gloſſ. 1. in ſum. de conſecr. diſt. 4.*

**B**aptiſmus<sup>b</sup> eſt ablutio corporis exterior: quæ, adhibita certa verborum forma, inte-

riorẽ animę ablutionẽ designat & operatur. Veluti enim circumciſio in populo Dei, in fidei iuſtitieq̄; ſignaculum inſtituta, ad ſignificationẽ purgationis originalis veteriſq̄; peccati parulis valebat: ſic & baptiſmus ad hominis inuouationem valere cœpit.

*Licet in baptiſmo plena cõtingat peccatorũ remiſſio, nõ tamẽ contingit plena nouitas. h. d.*

Non tamen ex quo quiſq̄; baptizatur, ſtatim etiam in eo omnis vetus infirmitas abſumitur, ſed renouatio ad remiſſionem peccatorum incipit, & ad intelligentiam & operationem ſpiritualiũ: cãtera verõ ſunt in ſpe, donec recompleantur, quod erit in reſurrectionis tempore. Quãvis ergo in baptiſmate plena fiat peccatorũ remiſſio, non propterea plena nouitas & mutatio contingit.

*Cura baptizandi ad ſolos ſacerdotes ſpectat, ſed ex cauſa neceſſitatis quilibet poteſt baptizare. h. d.*

Baptizandi<sup>d</sup> autem cura ad ſolos ſacerdotes pertinet, eiùſque miniſterium nec ipſis diaconis explere permittitur, abſque Epifcopo vel preſbytero: niſi hiſ procul abſentibus, vltima languoris cogat neceſſitas: quo calu & laicis fidelibus, atq̄; ipſis mulieribus<sup>e</sup> baptizare permittitur. Preſbyter verõ, cuius negligentia cõmiſſum eſt, vt q̄s ſine baptiſmate ex humanis exceſſerit, deponendus erit<sup>f</sup>.

Ba-

*can. ex quo d. diſtin. 4. de conſecr.*

*can. cõſtat. de conſecr. diſtin. 4.*

*can. mulier. d. diſtin. 4. de conſecr. can. quãũque. d. diſtin. 4.*



Baptizatus ab hæreticis, schismaticis, paganis uel alijs facinorosis, non sunt demud re-baptizandi. h. d.

*a* can. sine ab hæreticis. *e* can. seq. de consecr. dist. 4. *b* can. ab antiqua. d. dist. 4.

Sed & si quis ab hæreticis<sup>a</sup>, siue schismaticis, uel etiam paganis, aut alijs facinorosis baptizati fuerint, quasi baptizati nõ fuerint, iterum baptizari nõ debent. Antiqua<sup>b</sup> tamen patrum induxit institutio, ut qui ab his in Trinitatis nomine baptizati fuerint, cum ad sanctam Ecclesiã redierint, aut vnctione christi, aut impositione manus, aut sola professione fidei, ad sinũ matris Ecclesiæ reuocentur.

Nemo seipsum baptizare potest. h. d.

*e* cap. debiti. extra. eod.

Sed<sup>c</sup> quanquã baptismus ab hæreticis, schismaticis, uel paganis susceptus valeat, ipsum tamẽ se baptizare nemo poterit: sicut enim in carnali generatione, qua proles ex viro & foemina nascitur, alius est qui carnaliter gignit, alius qui gignitur: sic in sacramentali generatione, qua soboles ex aqua & Spiritu sancto renascitur, alius debet esse qui spiritualiter generet, alius qui generetur. Vnde de Iudæo, qui in mortis articulo constitutus, in aquam se ipsum immergendo dixerat, Ego me baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, responsum est, denuo ab alio illum baptizandum esse, ut ostendatur, quod alius est qui baptizatur, alius qui baptizat: quamuis si talis continuò decessisset, protinus ad patriam euolasset,

non propter fidei sacramentũ, sed propter sacramenti fidem.

Baptismus alius fluminis, alius fluminis, alius sanguinis. h. d.

Quod quidem & de illo rectè creditur, qui visibiliter non baptizatus martyrij subijt sacramentum. Baptismus enim inuisibiliter ministratur, quem nõ contemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit.

Vnde scitè<sup>d</sup> scriptum à quibusdam reperitur, baptismum aliũ esse fluminis, alium fluminis, alium verò sanguinis: cum baptismi virtus & efficacia, non tam ablutione<sup>e</sup> corporis, quam fide cordis contineatur: & aliud fit per ministerium baptizare<sup>f</sup>, quod sacerdos exequitur: aliud per potestatem, quam Dominus non vsque adeo sacramentis adiunxit, ut sine illis eorundem gratiam tribuere non possit.

Paruuli baptizantur in fide parentum, & Ecclesiæ: & non debet minor esse uirtus baptismi, quam circumcisionis. h. d.

Non tamen, quia fide cordis baptismatis uirtus continetur, idèd minùs paruulos<sup>g</sup>, qui credere ob ætatẽ nõ possunt, vnda salutaris abluit, cum & ij nõ per usum, sed per habitũ fidei, quẽ suscipiunt in baptismo, credere nõ malè credantur, & in fide parentũ<sup>h</sup> & Ecclesiæ, alio profetè, baptizati, ob fidei sacramentũ rectè fideles dici possunt; &

*d* glo. i. in sũ. de consecr. dist. 4.

*e* cano. uirtus baptismi. d. dist. 4. *f* cano. aliud est. d. dist. 4.

*g* cap. maiores. in fine prin. extra. eod.

*h* can. illud. et can. sequer. paruuli. de consecr. dist. 4.



*a* cap. maio-  
res. §. cum  
ergo. extra.  
cod. cum circumcisio<sup>a</sup> tam adultis, quā  
paruulis ex præcepto Domini  
conferretur, ne baptismus, qui  
succedit in locum ipsius, & ge-  
neralior tamen existit, cum tam  
viri, quā fœminæ baptizetur,  
minoris videatur effectus, tam  
adultis, quā paruulis est con-  
ferendus.

*Tā mater, quā filius, in ipso articulo par-  
turiendi, possunt separatim baptizari, nec ob  
id creditur baptismus iteratus. h. d.*

*b* cano. si ad  
matris. &  
can. seq. de  
consecra. di-  
stin. 4. Is<sup>b</sup> quoque, cuius mater vel  
prægnans, vel in ipsa hora qua  
parturit, mortis vrgente pericu-  
lo, baptismatis gratiam perce-  
perit, baptizari poterit, nec pro-  
pterea bis baptizatus reputabi-  
tur. cum vtrique ad maternum  
corpus, cum esset in utero, perti-  
neret: nec ibi regeneratio repe-  
riri possit, vbi generatio nō præ-  
cesserit, nec in hoc infanti, qui  
nascitur, aliquid mater partici-  
pat, cum vniuscuiusq; propria  
voluntas in confelsione sit at-  
tendenda.

*Muti, surdi, & ægrotantes baptizari pos-  
sunt. h. d.*

*c* can. parui-  
li alio. et ca-  
no. seq. d. di-  
stin. 4. de  
consecra. Muti quoque<sup>c</sup>, & surdi, item  
ægrotantes, qui pro se respon-  
dere non possunt, alijs pro se p-  
fitentibus, rectè baptizari po-  
terunt.

*Dormiens & amens, si ante somnum &  
amentiam habuerunt propositum baptizan-  
di, baptizari possunt. h. d.*

*d* cap. maio-  
res. in fi. e-  
xtra. cod. De dormientibus<sup>d</sup> & amen-  
tibus quæsitum est, & planè si

prius quā dormirent, aut amē-  
tiam incurrerent, non baptizan-  
di propositum haberent, quia  
in eis eadem perdurare volun-  
tas intelligitur, si sic immerfi fu-  
erint, characterē sacramēti non  
suscipiunt: secus autem, si prius  
catechumeni extitissent, & ba-  
ptizandi propositū habuissent:  
tales enim in necessitatis arti-  
culo baptizare consuevit Eccle-  
sia. Tunc ergo characterē sacra-  
mentalē imprimi operatio, cū  
obicem voluntatis cōtrariæ nō  
inuenit obfistentem.

*Inuitus baptizatus characterem suscipit, et  
cogendus est ad obseruantiam fidei, secus si pe-  
nitus sit coactus. h. d.*

Sed & si quis nō spontè, dum  
tamen non omnino coactus ba-  
ptismatis susceperit sacramen-  
tum, Christianitatis characterē  
suscipit: vtpotà, cum quis terro-  
ribus, atque supplicijs ad vndā  
salutarem trahitur, & ob id tan-  
quam conditionaliter volens,  
licet absolutè non velit, est ad fi-  
dei Christianæ cogendus obser-  
uantiam. Ille verò, qui nunquā  
consentit, sed penitus contradi-  
cit, nec rem, nec characterem sa-  
cramenti suscipit. Plus est enim  
expressè cōtradecere, quā mi-  
nimè consentire.

*Is de quo non est præsumptio quòd sit ba-  
ptizatus, debet sine metu iterationis baptiza-  
ri. h. d.*

Illud<sup>e</sup> in dubium venire non  
debet, quoties nulla extat indi-  
cia

*e* can. si nul-  
la extat. de  
consecra. di-  
stin. 4.



cia inter propinquos & familia res, quibus aliquos baptizatos esse doceri possit, eosdē baptizari minimē prohibendos esse. Quod enim factum esse nescitur, nulla ratio finit, vt iteratum videatur: nec temeritas interuenit præsumptionis, vbi est diligentia pietatis. De eo tamen, qui Christianis parentibus natus, inter Christianos est fideliter cōuersatus, tā violenter præsumentur quod baptizatus fuerit, vt hæc præsumptio pro veritate sit habenda, donec euidentissimis argumentis contrariū probatum fuerit.

*Iterum scienter baptizatus debet seuerissime puniri, ignoranter uero bis baptizatus non potest ordinari, nisi ex necessitate. h. d.*

*a. can. qui bis, de consecr. dist. 4.*

Quod si quis sciēs & prudēs iterum baptizari sustinuerit, arctissimæ pœnitentiæ subijciendus erit: quod si ignoranter, nulla quidem imponenda erit pœnitentia, sed nisi magna cogat necessitas, ordinari non poterit.

*Iterantes Baptismū sunt deponendi ab officio, & beneficijs. h. d.*

Illi quoq; qui ausu temerario in homine iam baptizato cælesti lauacrum iterare ausi fuerint, excōmunicationis mucrone percussi, ab omni officio & beneficio Ecclesiastico deponentur.

*Multa sunt in baptismo, quæ non sunt de eius substantia. h. d.*

Postremò sciendum est, quod

licet verbo tantum<sup>b</sup> & elemento, baptismatis substantia contineatur & forma, multa tamen à sanctis patribus ad eius decorē fuerunt solenniter constituta, vt immersionis numerus, exorcismi, clericorū exufflationes, salis benedicti exhibitio, saluæ contactus, inunctio: quæ si ex neglectu prætermissa fuerint, omisio culpæ reos arguet.

*b. cap. nō ut. exiv. cod.*

*Baptismus non debet conferri in priuatis domibus, nisi ex necessitate, uel ob magnā nobilitatem. h. d.*

Illud etiam nouissimè<sup>c</sup> Vienne<sup>c</sup> concilio constitutum est, nequis in priuatis domibus, sed duntaxat in Ecclesijs, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, aliquos audeat baptizare: nisi Regū vel Principum liberi baptizandi fuerint, vel talis necessitas emerferit, ppter quam ad Ecclesiam absq; periculo accessus haberi nequeat.

*c. Clem. uni. cod. tit.*

## DE SACRAMENTO Chrismatis,

### TITVLVS IIII.

*Fideles post receptum baptismum debent chrismari. h. d.*

Vamvis autē continuò trāsituris regenerationis sufficiat beneficium, victuris tamen etiam confirmationis auxilium est necessariū. Ita enim cōiuncta sunt hæc duo sacramenta, vt vnum ab altero, nisi morte præueniente, separari nō debeat.